

dem, vicarios, quasi operis DEO præstari, in vindicandis improborum sceleribus afferens. Rom.

13. 4.

41. *V. Quemadmodum* vero privata crimina civilibus pœnus plectere licitum est magistratui: ita publica etiam, acrius propulsare, & militiam ac bella gerere, quin eidem concessum sit, ac jure divino (modo iusta belli causa sit) minimè improbetur, nemini dubium esse potest.

42. Accedit juris divini autoritas: siquidem DEVS per Mosen belli gerendi formam ipse prescrivit. Deut. 20, 1. accedunt exempla bellatorum, quos nihilominus pios fuisse. Deoq; acceptos constat, ut Abrahāmi, Gen. 14. Mōsis, Davidis, Iosue. Accedit denique Iohannis Baptiste approbatio, qua milites ad se adventantes non arma iubet deponere, militiam vè deserere: sed vi iusta abstinere, & stipendijs suis contentos vivere Luc. 3, 14.

43. Sextam speciem, quæ est Contractuum civilium ipse Spiritus Sanctus in scripturis astruit, dum præcipit, ut ne quis in negocio fratrem suum opprimat aut circumveniat. 1. Thess. 4. 6, 1. Cor. 7, 30.

44. Proprietatem bonorum, quæ septima rerum civilium species hoc loco constituitur, doctrina Evangelij nuspiaim improbare legitur, et si fiduciam quam in opibus locare solent homines, nullibi non & damnab.

D. Apost.